ENCICLICA SÈTIMA.

DONDE SE ANUNCIA UN JUBILEO EXTRAORDINARIO.

LETRAS APOSTOLICAS
DE NUESTRO SANTISIMO SEÑOR LEON
POR LA DIVINA PROVIDENCIA PAPA XIII.

A todos Nuestros Hermanos los Patriarcas, Primados, Arzobispos y Obispos en gracia y comunion con la Sede Apostólica, y á todos Nuestros Amados hijos los fieles cristianos,

SALUD Y BENDICION APOSTÓLICA.

LEON PAPA XIII.

VENERABLES HERMANOS Y AMADOS HIJOS:

La Iglesia militante de Jesucristo, que puede prestar soberanamente salud é incolumidad al género humano, es en los calamitosos tiempos que corren tan gravemente combatida, que cada dia se encuentra entre nuevas borrascas, verdaderamente comparable á aquella navecilla genezaretana,

---

SANTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS EXTRAORDINARIUM IUBILAEUM INDICITUR:

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis et Episcopis cum Apostolica Sede pacem et communionem habentibus, et Dilectis filiis universis Christi fidelibus,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES, ET DILECTI FILII:

Militans Iesu Christi Ecclesia, quae hominum generi maxime potest salutem incolumitatemque praestare, tam graviter in hac calamitate temporum excercetur, ut in novas quotidie procellas incurrat, vere comparanda cum Ge-

que, llevando un dia á Cristo Nuestro Señor y sus discípulos, era sacudida por las olas y los huracanes. Porque los que mueven guerra al nombre cristiano, ahora por su número, por sus fuerzas, por la audacia de sus designios, sobre toda medida se enorgullecen; nisesatisfacen con rechazar públicamente las doctrinas celestiales, sino que aplican todo esfuerzo para arrancar por completo á la Iglesia de la sociedad civil, ó al ménos quitarle toda influencia en la vida pública de los pueblos. Por lo cual sucede que, al cumplir el oficio que recibió de su divino Autor, por todas partes se ve cercada y detenida con grandísimas dificultades.

Los frutos acerbísimos de esta nefanda conjuracion, afectan sobre todo al Pontífice Romano; al cual, despojado de sus legítimos derechos y de mil

---

nesarethana illa navicula, quae, dum Christum Dominum eiusque discipulos olim veheret, maximis turbinibus ac fluctibus quatiebatur. Revera qui cum catholico nomine gerunt inimicitias, ii nunc numero, viribus, consiliorum audacia praeter modum insolescunt; neque satis habent doctrinas caelestes palam abdicare, sed summa vi impetuque contendunt, ut Ecclesiam aut omnino a civili hominum consociatione repellant, aut saltem in publica populorum vita nihil posse cogant. Ex quo fit, ut illa in fungendo munere, quod ab Auctore suo divinitus accepit, magnis undique se difficultatibus implicatam ac retardatam sentiat.

Nefariae huius coniurationis acerbissimi fructus in Pontificem Romanum maxime redundant; cui quidem, legitimis iuribus suis deiecto atque in exercendis maximis mu-

modos impedido en el ejercicio de su excelso ministerio, déjasele, como por ludibrio, la figura no más de la regia majestad. Por lo cual Nos, colocado por designio de la divina Providencia en lo sumo de la sagrada potestad, y obligado á gobernar la Iglesia universal, ya de largo tiempo estamos experimentando, y varias veces lo hemos declarado, cuán penosa y desastrosa sea la condicion á que las vicisitudes de los tiempos forzadamente nos redujeron. No Nos proponemos especificar uno á uno tantos males; pero no hay quien no vea lo que de algunos años acá está pasando en esta Nuestra ciudad. Porque aquí, en el centro mismo de la verdad católica, es ultrajada la santidad de la Religion, se vilipendia la dignidad de la Sede Apostólica, y muchas veces es blanco de las injurias de los malvados la majestad del Pontífice.—Sustrajéronse de nuestro poder numerosos institutos,

---

neribus multimodis impedito, figura quaedam regiae maiestatis, quasi per ludibrium, relinquitur. Quapropter Nos, divinae providentiae consilio in hoc sacrae potestatis fastigio collocati, Ecclesiaeque universae procuratione districti, et iamdiu sentimus et saepe diximus, quantum haec, in quam Nos temporum vices compulerunt, aspera sit et calamitosa conditio. Commemorare singula nolumus: verumtamen manifesta sunt omnibus, quae id hac Urbe Nostra plures iam annos geruntur.—Hic enim in ipso catholicae veritatis centro sanctitati religionis illuditur, et dignitas Apostolicae Sedis laeditur, et in crebras profligatorum hominum iniurias pontificia maiestas obiicitur. —Erepta potestati Nostrae plura sunt, quae Decessores Nostri pie liberaliterque instituerant, ac successoribus

obra del celo y la munificencia de Nuestros predecesores, que celosamente los trasmitieron á los vigilantes cuidados de sus sucesores; ni aun se dejaron intactos los sagrados fundamentos del *Instituto de propaganda*, tan grandemente benemérito, no solo de la religion, sino tambien de la civilizacion de los puebios; al cual jamás en los tiempos pasados osó hacer ofensa ninguna fuerza enemiga.—Cerráronse ó se profanaron no pocas iglesias católicas; se multiplicaron los templos de rito heterodoxo; se concedió impunidad á la propagacion, escribiendo y obrando, de las peores doctrinas. Los jefes del Estado con frecuencia se atreven á sancionar leyes nocivas á la Iglesia y á la profesion católica, y lo hacen á Nuestra vista, que tenemos el mandato de Dios de ejercer toda la posible vigilancia para conservar incólumes los intereses de la cristiandad é intactos los derechos

---

suis inviolate servanda transmiserant; neque temperatum est, quin iura laederentur sacri *Instituti christiano nomini propagando;* quod quidem non de religione solum, sed etiam de humanitate gentium praeclare meritum, nulla unquam vis superiorum temporum violaverat.—Templa catholici ritus clausa vel profanata non pauca, haeretici ritus multiplicata; doctrinarum pravitas scribendo agendoque impune diffusa.—Qui rerum summa potiti sunt, dant saepe operam constituendis legibus in Ecclesiam nomenque catholicum iniuriosis: idque in conspectu Nostro, quorum curae omnes ex Dei ipsius mandato vigilare in eo debent, ut christiana res incolumis et Ecclesiae iura salva sint.—Nullo autem respectu ad illam, quae est in Romano Pontifice, docendi potestatem, ab ipsa institutione

de la Iglesia. Y sin ninguna consideracion á la potestad de esneñar, de que está investido el Romano Pontífice, hasta en la educacion de la juventud Nos quitan toda ingerencia; y si Nos es permitido lo que no se niega á cualquier ciudadano, abrir escuelas para la juventud á nuestras expensas, ha de ser con sujecion al imperio y la vigilancia de la legislacion civil. El triste espectáculo de tales hechos Nos aflige tanto más, cuanto que no tenemos posibilidad de remedio, como ardientemente quisiéramos. Porque más nos encontramos en poder de los enemigos, que en nuestro propio poder; y aun el uso de la libertad que se Nos consiente, no tiene sólido fundamento de duracion y seguridad, como quiera que puede sernos quitada ó cercenada al arbitrio ajeno.

Vese entre tanto cada dia por experiencia, que el contagio de los malos, dilatándose por el cuer-

---

iuventutis auctoritatem Nostram intercludunt; ac si Nobis est permissum, quod nulli privatorum interdicitur, in institutionem adolescentium scholas sumptibus Nostris aperire, in eas ipsas legum civilium vis et severitas invadit. — Quarum rerum funesto spectaculo multo vehementius commovemur, quod sucurrendi facultas, quam maxime optaremus, Nobis non suppetit. In potestate enim sumus verius inimicorum quam Nostra; atque illa ipsa, quae Nobis conceditur, usura libertatis, cum eripi aut imminui alieno possit arbitrio, certum non habet stabilitatis constantiaeque firmamentum.

Interea quotidiano rerum usu manifestum est, malorum

po de la cristiandad, se apodera de gran número de fieles. A la verdad, las naciones son cada dia más infelices, á medida qne se alejan de la Iglesia: y desde el extinguirse ó debilitarse la fé católica, no hay más que un paso á la perversion de las ideas y al ánsia de las revueltas políticas. Y desdeñada la máxima y sobrehumana potestad del que aquí abajo hace las veces de Dios, es evidente que ya no queda á la autoridad humana freno tan poderoso que baste á poner respeto á los indomados instintos de los revoltosos, ó á apagar en las muchedumbres el ansia insolente de locas libertades. Por las cuales causas, la sociedad civil, que ya padeció tremendas, se espanta con la amenaza de mayores peligros.

Así, pues, para que la Iglesia pueda rechazar los ataques de los enemigos, y cumplir su mision en

---

contagionem magis magisque serpere per reliquum christianae reipublicae corpus, et ad plures propagari. Enim aversae ab Eclesia gentes in miserias incidunt quotidie maiores; atque ubi semel extincta aut debilitata fides catholica sit, finitimum est iter ad opinionum insaniam rerumque novarum cupiditatem. Eius autem, qui Dei vices in terris gerit, maxima et nobilissima potestate contempta, perspicuum est, nullos hominum auctoritati frenos superesse tam validos, qui possint indomitos perduellium spiritus compescere, aut ardorem dementis libertatis in multitudine coercere.—Atque his de caussis civilis hominum societas, etsi magnas iam calomitates suscepit, maiorum tamen periculorum suspicione terretur.

Quo igitur Ecclesia queat inimicorum conatus refutare; suumque munus, utilitatis omnium caussa, perficere, mul-

beneficio de todos, le es fuerza trabajar y combatir mucho. Y en este impetuoso y múltiple combate, en que se trata de la gloria de Dios, y se pelea por la eterna salud de las almas, de nada serviría ningun valor ni industria humanos, si de lo alto no viniesen auxilios proporcionados á la necesidad. Por lo que en las tristes y duras contingencias en que se encuentran las gentes cristianas, el refugio abierto á los trabajos y sufrimientos fué siempre este: suplicar con grandes instancias al Altísimo que mirase á su afligida Iglesia, socorriéndola en lucha y encaminándola al triunfo. Siguiendo, pues, el laudable uso y disciplina de nuestros mayores, y bien persuadidos de que Dios suele oír tanto más benigno las oraciones, cuanto mayor es en los hombres el arrepentimiento de sus culpas y más firme el propósito de reconciliarse con Él; por este motivo, á fin de impetrar el celeste auxilio, y facilitar

---

tum laboret necesse est, multumque contendat. In hoc autem certamine vehementi et vario, in quo et divina agitur gloria, et de salute animorum sempiterna dimicatur, frustra esset omnis hominum virtus et industria, nisi caelestia adiumenta suppeditarentur opportuna temporibus. —Quare in trepidis afflictisque christiani nominis rebus, hoc semper laborum ac sollicitudinum perfugium esse consuevit; summis precibus a Deo postulare, ut opitularetur laboranti Ecclesiae suae, impertiretque depugnandi virtutem, triumphandi potestatem.—Hunc igitur Nos praeclarum morem disciplinamque maiorum imitati, cum probe intelligamus, tanto Deum magis esse exorabilem, quanto in hominibus maior est vis poenitendi, gratiaeque cum eo reconciliandae voluntas, idcirco, caelestis praesidii

el bien espiritual de las almas, en virtud de estas Nuestras Letras, anunciamos á todo el mundo católico un sagrado Jubileo extraordinario.

Así, por la misericordia de Dios omnipotente, y con la autoridad de los bienaventurados Apóstoles Pedro y Pablo, por la potestad de ligar y desligar que á Nos, aunque indigno, confirió el Señor, concedemos en forma general de Jubileo la plenísima indulgencia de todos sus pecados á todos y cada uno de los fieles de ambos sexos, con tal que, dentro de los límites del próximo dia 19 de este mes de Marzo, consagrado á la memoria de San José, Esposo de la Bienaventurada Vírgen María, hasta el primer dia de Noviembre, fiesta de Todos los Santos *inclusive*, los que viven en Europa; y los que están fuera de Europa, desde el mismo próximo dia 19 de este mes de Marzo hasta el último dia

---

impetrandi atque animorum iuvandorum caussa, sacrum Iubilaeum extra ordinem catholico orbi per has Litteras Nostras indicimus.

Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, ex illa ligandi atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit, universis et singulis utriusque sexus Christi fidelibus plenissimam peccatorum omnium indulgentiam, ad instar generalis Iubilaei, concedimus, si modo effecerint, qui in Europa agunt, a proximo die 19 huius mensis Martiii, sacro ob memoriam Sancti Iosephi beatae Mariae Virginis Sponsi, ad diem primum Novembris, solemnem ob memoriam caelitum universorum inclusive; qui vero extra Europam, ab eodem proximo die 19 huius mensis Martii usque ad postremum diem labentis

del corriente año de 1881 inclusive, ejecuten las obras á continuacion prescritas, son á saber: cuantos están en Roma, ciudadanos ó forasteros, visiten dos veces la basílica de San Juan de Letran y las basílicas de San Pedro en el Vaticano y Santa María la Mayor, y rueguen allí piadosamente durante algun tiempo por la prosperidad y exaltacion de la Iglesia catolica y de esta Santa Sede Apostólica, por la extirpacion de las herejías y la conversion de todos los que están en el error, por la concordia de los Príncipes cristianos y la paz y union de todo el pueblo fiel, segun Nuestra intencion; y además ayunen un dia dentro del tiempo señalado no usando sino de los platos permitidos, y fuera de los dias comprendidos en el indulto cuadragesimal, ó consagrados, segun los preceptos de la Iglesia, á un mismo ayuno de derecho extricto, y reciban, en fin, el santísimo Sacramen-

---

anni MDCCCLXXXI inclusive, quae infra praecepta sunt: scilicet quotquot sunt Romae cives vel hospites Basilicam Lateranensem, item Vaticanam et Liberianam bis adeant, ibique per aliquod temporis spatium pro catholicae Ecclesiae et huius Apostolicae Sedis prosperitate et exaltatione, pro extirpatione haeresum omniumque errantium conversione, pro christianorum Principum concordia ac totius fidelis populi pace et unitate, secundum mentem Nostram pias ad Deum preces effundant; iidem uno die esurialibus tantum cibis utentes ieiunent, praeter dies in quadragesimali indulto non comprehensos, aut alias simili stricti iuris ieiunio ex praecepto Ecclesiae consecratos: praeterea peccata sua rite confessi sanctissimum Eucharistiae sacramentum suscipiant, atque eleemo-

to de la Eucaristía, despues de haber confesado rectamente sus pecados, y hacer alguna ofrenda, á título de limosna, á alguna obra piadosa. A cuyo propósito recordamos especialmente las instituciones, para cuyo sostenimiento hemos recurrido recientemente á la caridad de los pueblos cristianos, á saber: la *Propaganda de la Fé*, la *Sagrada Infancia de Jesucristo* y las *Escuelas de Oriente*, las cuales es Nuestro vivo deseo y firme intencion, que se establezcan y propaguen hasta en los territorios más apartados y bárbaros, á fin de que respondan á las necesidades. Todos los otros que habiten fuera de Roma, cualquiera que sea el lugar, deberán visitar dos veces, en los prescritos intervalos, tres iglesias, designadas por los Ordinarios ó sus Vicarios ú oficiales, ó por delegacion, y en su defecto, por los que ejercen la cura de almas; ó tres veces, si solo hay dos iglesias; y seis veces si

---

synae nomine in pium aliquod opus quidquam conferant. Qua in re ea Instituta nominatim commemoramus, quorum tuitionem caritati Christianorum haud ita pridem per Litteras commendavimns, nimirum *Propagationem Fidei, Sacram Iesu Christi Infantiam* et *Scholas Orientis;* quas quidem in remotis etiam et silvestribus plagis instituere et provehere, ut pares necessitatibus sint, optatissimum Nobis destinatumque in animo est.—Ceteri vero omnes extra Urdem ubicumque degentes tria templa ab Ordinariis locorum vel eorum Vicariis seu Officialibus, aut de eorum mandato et, ipsis deficientibus, per eos qui ibi curam animarum exercent designanda, bis, vel si duo tantum sint templa, ter, aut si unum, sexies, dicto temporis intervallo, adeant; item alia opera, quae supra

solo hay una; y deberán cumplir igualmente las otras obras mencionadas. Cuya indulgencia queremos que tambien pueda ser aplicable por vía de sufragio en favor de las almas que partieron de esta vida unidas á Dios en la caridad. Y concedemos al mísmo tiempo á los Ordinarios de los lugares la facultad de reducir, segun su prudencia, á menor número las visitas de las iglesias antedichas para los Capítulos y Congregaciones de seculares como regulares, Comunidades, Cofradías, Universidades, ó cualesquiera colegios que las hagan procesionalmente.

Concedemos á los navegantes y viajeros el ganar la misma indulgencia al regreso ó arribo á su domicilio ú otra estacion permanente, visitando seis veces la Iglesia parroquial ó mayor y cumpliendo debidamente todo lo ya prescrito. Cuanto á los regulares de ambos sexos, áun los que per-

---

commemorata sunt, peregant.—Quam indulgentiam etiam animabus, quae Deo in caritate coniunctae ex hac vita migraverint, per modum suffragii applicari posse volumus.—Praeterea locorum Ordinariis indulgemus, ut Capitulis et Cougregationibus tam saecularium quam regularium, sodalitatibus confraternitatibus, universitatibus, seu collegiis quibuscumque memoratas Ecclesias processionaliter visitantibus, easdem visitationes ad minorem numerum pro suo prudenti arbitrio reducere quant.

Concedimus vero, ut navigantes et iter agentes, ubi ad sua domicilia, seu alio ad certam stationem sese receperint, visitata sexies Ecclesia maiore aut parochiali, ceterisque operibus, quae supra praescripta sunt, rite peractis eamdem indulgentiam conssequi possint.—Regularibus vero per-

manecen perpetuamente en el claustro, y todos los demás, tanto laicos como eclesiásticos, seculares ó regulares, impedidos por prision ó enfermedad corporal ó cualquiera otra causa justa de cumplir las prescripciones susodichas, o algunas de ellas, concedemos y acordamos que el confesor pueda conmutarlas con otras obras de piedad, ó prorogar su cumplimiento á otro tiempo próximo, con facultad tambien de dispensar de la Comunion á los niños que áun no hayan sido admitidos á ella.

Además, á todos y cada uno de los fieles, tanto seglares como eclesiásticos, seculares ó regulares, de cualquier órden ó instituto, áun de aquellos que es preciso nombrar especialmente, concedemos facultad de elegir para confesor cualquier sacerdote de los aprobados, ya sea secular ó regu-

---

sonis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque tam laicis, quam ecclesiasticis, saecularibus vel regularibus, qui carcere, infirmitate corporis, aut alia qualibet iusta caussa impediantur, quominus memorata opera, vel eorum aliqua praestent, concedimus atque indulgemus, ut ea Confessarius in alia pietatis opera commutare possit, vel in aliud proximum tempus prorogare, facta etiam potestate dispensandi super Communione cum pueris nondum ad primam Communionem admissis.

Insuper universis et singulis Christi fidelibus, tam laicis quam ecclesiasticis, saecularibus ac regularibus cuiusvis Ordinis et Instituti etiam specialiter nominandi, facultatem concedimus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque presbyterum Confessarium tam saecularem quam regularem ex actu approbatis; qua facultate uti possint etiam Moniales, Novitiae, aliaeque mulieres intra claustra degentes, dummodo Confessarius approbatus sit pro Monialibus. — Confessariis autem, hac occasione et durante huius Iubilaei tempore tantum, omnes illas ipsissimas facultates largimur, quae a Nobis tributae fuere in alio Iubilaeo concesso per Nostras Litteras Apostolicas datas die XV mensis Februarii anno MDCCCLXXIX, quae incipiunt "*Pontifices Maximi*," iis tamen omnibus semper exceptis, quae in iisdem litteris a Nobis excepta fuere.

Quo autem fructus salutares, qui Nobis propositi sunt, ex hoc sacro Iubilaeo tutius atque uberius percipiantur, hoc magnopere studeant universi, ut magnam Dei Matrem praecipuo per id tempus obsequio cultuque demereantur.

lar; de cuya facultad concedemos que puedan servirse hasta las religiosas, las novicias y cualesquiera otras mujeres habitantes en el claustro, con tal que el confesor sea aprobado por las religiosas. A los confesores, además, para esta ocasion, y solo por el tiempo de este Jubileo, concedemos todas las mismas facultades que por Nos fueron concedidas en el otro Jubileo acordado por Nuestras Letras Apostólicas de 15 de Febrero de 1879 que comienzan *Pontifices Maximi*, si bien con excepcion de todo aquello que hubimos exceptuado en las mismas Letras.

Y á fin de que con mayor seguridad y abundancia se obtengan de este sagrado Jubileo los frutos de salvacion que Nos hemos propuesto, es menester que todos hagan cuanto puedan para merecer con actos de obsequio y devocion el favor de la gran Madre de Dios.

Y recomendamos y confiamos el mismo sacro Jubileo á la proteccion de San José, Esposo castísimo de la Bienaventurada Vírgen María, que fué declarado por Pio IX, de gloriosa memoria, Patrono de la Iglesia universal, y cuya proteccion deseamos que diariamente invoquen con humildad todos los fieles. Exhortamos, en fin, á todos para que emprendan además peregrinaciones á los más célebres y venerados santuarios de los distantes países, entre los que en Italia va delante de todos la santa casa de María, Vírgen de Loreto, consagrada á la memoria de los misterios más sublimes.

Por lo cual, en virtud de la santa obediencia, ordenamos y mandamos á todos y cada uno de os Ordinarios de los distintos lugares y á sus Vi-

---

—Ipsum autem Sacrum Iubilaeum in tutelam fidemque tradimus ac commendamus Sancto IOSEPHO, castissimo beatae Virginis MARIAE Sponso, quem gloriosae recordationis Pius IX P. M. totius Ecclesiae Patronum declaravit, et cuius opem suppliciter quotidie implorari mnibus Christi fidelibus optamus.—Praeterea cunctos hortamur, ut peregrinationes suscipere pietatis caussa velint ad sanctorum caelitum aedes, quae peculiari religione in variis regionibus sanctae ac venerabilis haberi consueverint: quas inter in Italia praestat sacrosancta Virginis Mariae Lauretanae domus, quam altissimorum mysteriorum memoria commendat.

Quapropter in virtute sanctae obedientiae praecipimus atque mandamus omnibus et singulis Ordinariis locorum,

carios y oficiales, ó á falta de ellos á los que ejerzan la cura de las almas, què cuando hayan recibido traslados ó copias de estas Letras, cada cual en los lugares de su jurisdiccion, procuren que sean publicadas, y designen en las poblaciones, preparadas tambien á ser posible con la predicacion de la palabra de Dios, segun todo lo arriba dicho, la Iglesia ó Iglesias que hallan de visitarse.

Con el fin, pues, de que estas nuestras Letras, que no pueden ser llevadas á tòdos los lugares, lleguen más fácilmento á conocimiento de todos, queremos que á los traslados ó copias de ellas, aunque sean impresos, firmados por mano de cualquier notario público, y autorizadas con el sello de cualquier persona constituida en dignidad eclesiástica, se dé en todas partes absolutamennte la

---

eorumqne Vicariis et Officialibus, vel ipsis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum praesentium Litterarum transumpta aut exempla etiam impressa acceperint, illa in sua quisque ditione publicanda curent, populisque etiam verbi Dei praedicatione, quod fieri possit, rite praeparatis, Ecclesiam seu Ecclesias visitandas ut supra designent.

Ut autem praesentes Litterae, quae ad singula loca deferri nequeunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus ut praesentium transumptis vel exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo munitis personae in dignitate ecclesiastica constitutae, ubicumque locorum eadem prorsus fides habeatur,

misma fé que se daria á las mismas presentes Letras, si fueran exhibidas y manifestadas.

Dado en Roma junto á San Pedro, bajo el anillo del Pescador, el dia 12 de Marzo de 1881; año cuarto de Nuestro Pontificado.

LEON PP. XIII.

(Traduccion del *Boletin Eclesiástico* de Toledo.)

---

quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo piscatoris die XII Martii A. MDCCCLXXXI, Pontificatus Nostri anno Quarto.

LEO PP. XIII.

ENCICLICA OCTAVA.

DONDE SE TRATA DEL ORÍGEN DEL PODER Y DE LOS GRANDES REMEDIOS QUE LA IGLESIA CATÓLICA OFRECE EN ESTOS TRISTÍSIMOS TIEMPOS, Á PRÍNCIPES Y PUEBLOS.